

Stat. de feud. in tit. de feudo guard. num. 2. & tit. de feud. castald. num. 1. & ibidem num. 3. dixit, hoc feudum reuocari posse à domino post annum non scienter sed per errorem, non nocet posteris, nec etiam sibi, idem respondit ipsemet Bald. in consil. 215. Proponitur quod inuestitura. col. 1. versic. in contrarium. lib. 2. cum dixit à prima inuestitura, qua vocati sunt masculi, & femine (hoc esse feudum ex pacto, & prouidentia, certum est, vt dicemus infra in 94. præsum. num. 8.) non dici recessum per secundam, in qua vocati sunt masculi tantum. Cum, inquit Bald. pater, vel auus non potuerit preiudicare feminis in prima inuestitura vocatis, & quia per errorem præsumitur facta secunda inuestitura, sic e contra respondit Crau. in consil. 176. videtur descendendum. num. 1. lib. 1. primam inuestituram, quæ vocati sunt masculi tantum attendi, & obseruari de bere, atque ita mutari non posse per secundam, vocando etiam feminas. Ita pariter consuluit Zabari. in consil. 92. num. 1. Idem respondit Alex. consil. 29. num. 23. lib. 5. cum dixit, alterationem, & mutationem primæ inuestituræ feudi antiqui non nocere filiis, & descendentiis sic & Ruin. consil. 7. nu. 26. vers. præterea. lib. 1. Dec. consil. 185. nu. 3. vers. non obliat, quod in alia & c. in consil. 193. nu. 4. consil. 263. nu. 3. consil. 468. nu. 27. & consil. 498. nu. 17. & 18. & in consil. 516. nu. 22. Curt. Jun. consil. 108. n. 18. & in tract. feud. in 2. part. q. 7. nu. 42. & 43. Bruu. consil. 25. in fi. & in consil. 78. nu. 7. Purpur. consil. 402. nu. 65. Sylua. in tract. de recogn. feud. q. 38. Thom. Marin. in tract. de feudis. in tit. de feud. femineo. nu. 54. Ita quoque Nat. consil. 505. n. 17. respondit non esse recedendum à prima inuestitura antiqua concessa pro se, & descendentiis primogenitis per secundam inuestituram pro se hæredibus, & successoribus quibuscunque. Cuiam acquisitum fuerit ius illis primogenitis. Et de eadem facti specie interrogatus, idem respondit Crau. consil. 674. nu. 44. lib. 4. Idem. censuit Decian. consil. 72. nu. 49. lib. 2. Bal. quoque in d. consil. 215. ac Zabarell. & Ruin. supra commemoratus sum, & ego secutus consil. 331. num. 87. vers. quinto confert. lib. 4. & consil. 953. nu. 2. consil. 986. nu. 20. lib. 10. & alijs multis comprobatur Rosent. in trac. de feud. c. 6. concl. 69. nu. 35. qui num. 37. auctoritate multorum declarat, non procedere quando mutatio inuestituræ est vitis prodestesse. potest ipsi successoribus.

Quartus est casus quando feudum, pro quo concessa est secunda inuestitura, est feudum ex pacto, & prouidentia antiquum, & constat à clarè de voluntate inuestiti, quod à prima inuestitura recedere voluerit, & agitur de dano, & præiudicio solius inuestiti, hoc casu attendi, & spectari debet secunda inuestitura, sicuti sensit Cast. consil. 312. Circa id quod. nu. 2. lib. 1. & manifestè Barba. inter consil. Alex. consil. 30. n. 17. lib. 4. & admittunt omnes citati præcedenti in casu, dum scribunt secundam inuestituram non nocere filiis, & descendentiis ipsius inuestiti. Quintus est casus quando feudum, pro quo concessa fuit secunda inuestitura, & feudum ex pacto, & prouidentia nouum acquisitum benemeritis ipsius inuestiti, sciens ter voluit per secundam inuestituram recedere à prima, feudumque naturam alterare, & mutare. Hoc casu esse spectandam, & attendendam secundam inuestituram sensit Cast. d. consil. 176. Videtur dicendum. nu. 3. lib. 1. & alios refert Rosental. de feud. c. 5. conc. 69. n. 24. & ratio est, quia hic primus inuestitus, & acquiritor potest pro suo libito, et in præiudicium filiorum, & descendentiis suorum alienare hoc feudum, sicuti tradunt permulti, quos commemorauimus in consil. 161. nu. 5. lib. 2. qui sanè casus declarari potest non procedere in feudo nouo, quod aliqui alienari non potest, vt in casibus a me relatis d. consil. 161. n. 3. & 11. & explicat Rosent. in d. c. 6. num. 26. 27. & 28.

Sextus est casus quando verè sumus in dubio, hoc sanè casu secunda inuestitura præsumitur facta secundum tenorem primæ, quemadmodum scribunt post alios Cur.

jun. in tract. feud. in 2. p. q. 7. n. 44. & in consil. 108. n. 18. Crau. consil. 411. n. 51. & consil. 592. n. 23. lib. 4. ego ipse in consil. 1. n. 124. & consil. 66. n. 40. lib. 1. & in consil. 191. n. 44. lib. 2. & alios quamplures refert Rosent. de feud. cap. 6. concl. 69. n. 4. in lit. C. qui n. 5. subiicit hoc multo magis procedere, quando secunda inuestitura mentionem facit primæ, ad eam se referendo, ex sententia Paris. consil. 22. n. 9. & consil. 23. nu. 66. lib. 1. Curt. iun. consil. 181. n. 3. & Bero. consil. 77. n. 28. lib. 1.

Ceterum obseruandum est, quod quando inuestitura habet verba dubia, declaratio pertinet ad donum inuestientem, qui ea declarare potest, sicuti scripsi consil. 202. n. 33. lib. 3. & consil. 443. n. 40. & 51. lib. 5. Quod si contingat nullam fuisse factam declarationem, in dubio fit interpretatio contra ipsam dominum, sicuti respondit Ioan. Jacob. de Leonard. inter consil. Bruni consil. 117. num. 132.

*Feudum antiquum, vel nouum, an & quando præsumatur?*

*S V M M A R I V M.*

- 1 Feudum in dubio antiquum præsumi verior est opinio, Contraria huic altera, num. 4.
- 2 Interpretatio, & præsumptio benignior in dubio seruanda.
- 3 Bona in familia, & agnatione conseruari aequitati conuenit.
- 4 Argum. entum à sensu contrario debile esse, nec habere locum, cum alterationes repugnant, num. 6.
- 5 Præsentis ex statu, quando non præsumatur in præteritum.
- 6 Feudum vel antiquum, vel nouum esse, probandi onus asserenti incumbere, quorundam est opinio.
- 7 Feudum quale sit, ubi præsumptiones extant, illis standum est, donec probetur contrarium.
- 8 Feudum vel nouum, vel antiquum, ex obtinentis possessione præsumitur.
- 9 Possessio antecessoris, successor in feudo prodest.
- 10 Feudi pars vna, vel noua, vel antiqua, a talem arguit, & reliquam.
- 11 Feudum antiquum præsumi, temporis antiquitas facit.
- 12 Idem, & vox, & fama antiqua, num. 14.
- 13 Fama fidem in antiquis, vel saltem efficacem præsumptionem facit.
- 14 Inuestitura antiqua feudum arguit antiquum.
- 15 Verba, iure antiqui in concessione posita, significant feudum antea fuisse nouum, quod tamen assumit naturam antiqui.
- 16 Iuri accrescendi non ita locus est in feudo nouo, sicuti in antiquo.
- 17 Idem in emphyteusi procedit, num. 19.
- 18 Iuri accrescendi locus est, quando constat feudum esse antiquum.
- 19 A feudo ad emphyteusim, & e contra, tenet argumentatio.
- 20 In feudo nouo non est locus iuri accrescendi, sic nec in emphyteusi concessa duobus fratribus, num. 23.
- 21 Ius accrescendi locum habet in feudo non concessa à Principe non recognoscente superiorem, quod intelligi debet, quando Princeps ipse motu proprio concessit, n. 25.
- 22 Feudo concessa duobus fratribus in solidum, locus est iuri accrescendi.
- 23 Idem in emphyteusi, num. 27.
- 24 Quod intelligi, quando distributina est posita quoad inuestitos, secus, si quoad eorum filios, n. 28.
- 25 Feudo à fratribus pecunia, vel seruitio eorum acquisito, locus est iuri accrescendi.
- 26 In feudo indivisibili locus est iuri accrescendi.
- 27 Idem quando fuisse concessum duobus fratribus, ita quod post eorum mortem reuertatur ad dominum, num. 31.
- 28 In a quoque in emphyteusi, n. 32.
- 29 Iuri accrescendi locus est, quando in inuestitura fuit dictum, quod feudum de vno in alterum perueniret.
- 30 Idem si concessio facta fuerit duobus, iam finita a linea, & sequæ ad quam

ALBERTVS UNIVERSITATIS TORONTO

- quæ facta fuerat prima concessio, num. 34.
- 35 Feudum de nouo concessum post commissam feloniam, retinet naturam antiquam.
  - Et id non procedit in emphyteusi denovo post caducitatem concessi, adiecta noua qualitate, n. 36.
  - 37 Feudum concessum nouum ob nouas qualitates, in noua inuestitura adiectas.

*P R A E S V M P T. X C I I I.*

Quando constat rem aliquam esse feudalem, qua de re supra differimus, reuocari in dubio solet, an feudum hoc præsumatur nouum, vel antiquum. De hac disputatione plures sunt interpretationes. Prima fuit eorum, qui existimant, feudum præsumi antiquum. Ita scripserunt Bald. Aluaro. & Afflic. numer. 7. in capit. 1. in princ. si de feud. fuerit controuers. inter domi. & agnat. Alex. in consil. 15. num. 7. lib. 5. Iaf. in consil. 114. col. 2. lib. 1. Dec. in consil. 252. nu. 6. vers. secundo respondeatur, in consil. 269. nu. 3. & in consil. 445. nu. 5. Zafin Epitome feudorum. par. 1. r. num. 31. Thomas Marin. in tract. feudor. tit. 1. de feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, nu. 32. in fin. ubi testatur, sic fuisse decisum in consil. illo Neapolitano. Eandem probauerunt Alba in consil. 78. nu. 17. Rolan. in consil. 3. nu. 3. lib. 1. & Ioseph Cumia in Commentarijs ad constitutiones Neapolitanas, in cap. 1. aliquem, in verbo, antiquis, num. 68. Et ij quidem adducti sunt ex c. 1. de success. fratrum, seu grad. succed. in feudo & ex d. c. 1. si de feudo fuerit controuers. inter dominum & agnat. ea quoque ratione vsi sunt, quod benignior præsumptio, & interpretatio recipienda est, l. vlt. Cod. qui bonis cedere poss. & scripsi in lib. 2. de arbitr. iudicium, casu 199. num. 6. Est autem benignior interpretatio, & præsumptio, quod feudum sit antiquum, ob id, quod admittentur agnati, qui alioqui essent exclusi. Acquitati enim, & conuenit, familia bona conseruari in agnatione, & familia, iuxta ea, quæ scribit Bar. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æstiu.

Secunda fuit opinio eorum, qui scripserunt, feudum in dubio præsumi nouum, non autem antiquum. Ita Iaf. in consil. 24. num. 3. lib. 3. & Affl. in Commentarijs ad constitutiones Neapolit. part. 2. Rubr. 24. de successione nobil. num. 50. Et adductus est Afflic. ex c. 1. §. cum autem de controuers. inuestit. de cuius sensu dicemus infra. Est etiam motus auctoritate Baldi. c. 1. versiculis his verò, de grad. succed. in feudo. sumpto argumento à sensu contrario. Quod sanè argumenti genus debile est, tū quia probabilis, & non necessaria est Doctoris auctoritas, tū etiam, quia argumentum à sensu contrario locum non habet, cum alia iura, vel rationes repugnant, sicuti hic repugnare demonstrabimus.

Rectius probari videtur hæc opinio ea ratione, & argumento, quo vsi sunt Ale. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumptio. 28. num. 2. vers. & idem credo, & Crau. in tract. de antiquit. tempor. in vlt. part. num. 5. quod quando querimus de aliqua qualitate, in qua præsens status rei non concordat cum antiquo ipsius rei statu, ex præfenti non præsumitur in præteritum, vt scribit Bald. in l. ex persona. col. 1. c. de probat. quem permulti commemorati à Crau. & Ale. secuti sunt.

Atqui primus rei status repugnat præfenti statui, cum ab initio qualibet res præsumatur libera, l. altius. Co. de seruitut. & aqua. Ergo in præteritum non præsumitur feudum.

Ceterum nec argumentatio hæc satis est solida. Nam hic considerandi sunt duo casus.

Quorum primus est, quando ex inuestitura non constat, quod antea concessum fuerit hoc feudum. Hoc casu procedit argumentum, quia in præteritum præsumitur, quod res fuerit libera. d. l. altius,

Secundus est casus, quando ex inuestitura, qua producit, apparet, quod etiam ante fuit concessum hoc feudum, sed non constat quibus, & quo tempore fuerit concessum. Et hoc casu (qui nostro conuenit) ex quo constat de ipsa substantia, nempe feudum esse, facile præsumitur qualitas hæc, quod sit antiquum, tanquam qualitas benignior, vt supra diximus.

Tertia fuit opinio eorum, qui dixerunt, quod asserenti feudum esse vel antiquum, vel nouum, incumbit onus probandi, atque ita in dubio non præsumi, nec nouum, nec antiquum. Ita Ale. in d. præsumpt. 28. num. 2. & apertius Craue. in d. tract. de antiqui. tempor. in vlt. part. nu. 6. Quorum opinio quibus iuribus probetur, non vidi hæcenus. Et illæ multæ Doctorum auctoritates, quas ipsi commemorant, loquuntur quando aduersarius asserentis est in possessione ipsius feudi. At quando nec actor, nec Reus possidet, & sic quando verè sumus in dubio, nullum ab illis fit verbum. Quamobrem retinenda est illa prima opinio, quod quando non constat quo tempore concessum fuerit feudum, præsumatur antiquum.

Declaratur nunc hæc sententia, vt locum non habeat, quando extant indicia, & præsumptiones, quæ indicant, cuius qualitatis sit ipsum feudum. Nam illis præsumptionibus standum erit, donec contrarium probetur. Ita in specie tradunt Afflic. in c. 1. num. 7. de grad. succed. in feudo. & in commentarijs ad constitutiones Neapolit. in Rubr. 24. de success. nobilium, num. 50. Cur. iun. in tract. feudorum. in 1. par. q. 8. Alba in consil. 60. nu. 3. Ioseph Cumia in d. c. si aliquem, in verbo, antiquis, n. 99. qui alios recensent. Præsumptiones autem, & indicia considerari solent multa.

Prima est præsumptio, & coniectura, quæ sumitur à possessione, in qua reperitur obtinens feudum. Nam illa arguit feudum esse, vel antiquum, vel nouum, vt erit vitius ipsi possessori, cuius possessio transfert onus probandi in aduersarium, sic in specie scripserunt Beluif. in c. 1. de success. fratrum. Cast. in consil. 44. circa presentem casum, col. 2. vers. si verò non constaret, & in consil. 297. visa petitione, col. 2. vers. sed in contrarium, l. 2. Alex. in consil. 10. col. 2. libr. 3. Iaf. in præiud. feudor. nu. 97. in fin. Curtius sen. in consil. 50. memoriae recolendæ, num. 8. & nu. 58. Crót. in l. re conuicti, col. vlt. de leg. 3. Afflic. in c. 1. nu. 6. de grad. succed. in feudo. Curt. Jun. in tract. feud. in 1. par. q. 8. nu. 16. vers. illud tñ. Crau. in tract. de antiqui. tempor. in vlt. par. nu. 6. Ale. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumptio. 28. nu. 2. Ioseph Cumia in d. c. si aliquem, in verbo, antiquis, nu. 99. & in tract. feud. lib. 1. tit. de feudo ex pacto, & prouidentia, num. 53. & 55. Qui quidem Cumias, & Marinus auctoritate aliorum affirmarunt, idem esse, quando constaret de feudum antecessorem possessisse, cum illius possessio est successoris profuit. Nisi (autem illi) medio tempore alter possidere cepisset. Et præterea possessio hæc nil prodesset, quando esset vitiosa, sicuti declarat Curt. sen. d. consil. 50. num. 57. Et rursus subiungit Cumias præcitato in loco, nu. 103. coniecturam hanc cessare, quando actor asserens feudum esse, vel nouum, vel antiquum, alijs coniecturis, & præsumptionibus vrgentioribus suam fundauit intentionem.

Secunda est coniectura, quæ constat partè ipsius feudi, esse antiquam, vel nouam. Nam tunc idem de residuo præsumitur, ne eadem res diuerso iure censeatur. Ita tradunt Affl. in d. rubr. 24. de success. nobilium, num. 51. & Ioan. Cumias in d. verbo, antiquis, nu. 107. & nu. 108.

Tertia est coniectura, quando peobatur feudum longo tpe fuisse possessum. Nam tps antiquitas arguit feudum esse antiquum, sicuti e contra, quæ constat modico tempore fuisse possessum, præsumi debet nouum, ita declarat. Affl. in d. rubr. 24. de success. nobil. num. 50. & Cumias præcitato in loco n. 104. qui scribit, hoc procedere sine dubio, cum sit cõs opinio, feudum ob ipsi antiquitatem



generi antiquum. Et in specie prædictis accedunt Alex. in consil. 15. num. 7. lib. 5. Soc. sen. consil. 66. col. 5. lib. 3. lo. Jacob. Leonard. inter consil. Bruni in consil. 114. nu. 437. & nu. 446. & Crau. in tract. de antiq. tēp. in vlt. par. nu. 1. vers. fundum etiam. cum dixerunt, feudum præsumi antiquum, ob antiquitatem possessionis, quando antiquus fuit possessum per prædecesores valalli, nisi agatur de præiudicio tertij. Ita Pute. in decis. 66. nu. 8. part. 1.

Quarta est coniectura, & præsumptio, quæ à communis voce, & fama antiqua sumitur. Nam hæc arguit feudum esse antiquum, quemadmodum in specie respondit Soc. sen. in consil. 166. col. 5. lib. 2. quem secutus est Crau. in d. vlt. par. nu. 9. In antiquis enim præ probationem facit, vel saltem efficacem præsumptionem. Ita è contra præsumere esse novum, quando extat communis vox & fama, quod novum sit.

Quinta est coniectura, & præsumptio, quæ sumitur ex verbis enunciatiuis inuestitura. Nam si inuestitura fuit antiqua, arguunt verba illa esse feudum antiquum. ita respondit Alex. in consil. 15. col. 2. libr. 2. quem secutus est Crau. in d. tract. de antiq. tempor. in vlt. par. nu. 10. sic è contra, quando verba enunciatiua sunt, feudum esse novum, præsumi debet novum. Quocirca si legitur in inuestitura, concessum esse feudum iure antiqui feudi, significat illa verba, iure antiqui feudi, & feudum antea fuisse novum, quod tamen hodie assumit naturam feudi antiqui, ut ad rem scripsit Alciat. in d. præsumpt. 28. nu. 2. vers. quod intellige. & copiosè scripti in consil. 160. num. 25. & num. 27. lib. 2.

Prædicta explicatio, atque cognitio feudi novi, & antiqui valdè utilis est, cum magni referat, an feudum sit antiquum, vel novum, & inter alia illa est differentia, & utilitas respectu iuris accrescendi, cum non ita in feudo novo, ut in antiquo locus fei sit. Quæ tota disputatio est pariter coniecturalis, ut respondit Iaf. in consil. 117. col. antepen. vers. confirmatur. lib. 4. sicuti & de empt. y. 19. tenuit censuit Hieron. Gabriel. in consil. 66. nu. 6. lib. 2. cuius quidem rei declarandæ gratia duos hic casus distinguo, atque consituo.

Primus est, quando constat, feudum esse antiquum, nempe ita concessum, vel auro, vel patri. Hoc in casu locus est iuri accrescendi, vno enim ex fratribus decedente sine filijs, ad eius portionem admittitur superstes, ita gloss. in c. 1. in verb. patris. de feudo Marchiæ Alex. in consil. 30. num. 7. lib. 1. & in consil. 21. nu. 5. lib. 1. Ruin. in consil. 108. nu. 21. in fi. lib. 2. Afflic. in decis. 293. Curt. iun. in tract. feud. in 2. par. princ. num. 74. Paris. in consil. 6. num. 12. & in consil. 13. nu. 7. lib. 1. Zal. in Epit. feud. in 8. part. num. 32. Ripa in l. re coniuncti, num. 161. de leg. 3. Alc. in l. si mihi, & Titio, n. 19. de verb. oblig. Iul. Clar. in §. feudum. q. 77. vers. sed quando feudum est antiquum. Io. Bologn. in d. l. re coniuncti, nu. 353. & Th. Marin. in tract. feud. tit. 12. de feud. frater, n. 8. idem de emphyteu. 21. si (à feudo enim ad emphyteusim, & fè contra argumentantur passim in specie nostra Doctores) concessa auro, vel patri, qui moriens duos reliquit filios, ut eorum vno decedente sine filijs superstes ad prædefuncti portionem admittatur, scripserunt Bart. in l. si mihi, & Titio, n. 4. de verb. oblig. & ibid. Alex. nu. 7. qui idè respondit in consil. 21. nu. 5. lib. 5. Crot. in l. re coniuncti, nu. 143. de leg. 3. Corn. in consil. 131. lib. 2. & in consil. 122. libr. 3. Ruin. in consil. 169. n. 7. lib. 1. Iaf. in d. l. si mihi, & Titio, nu. 12. qui diligenter disputat. Alc. in l. si mihi, & Titio, nu. 22. de verb. oblig. Bero. in q. 70. num. 2. Cagnol. in l. vnica, in fi. C. quando non peten. par. latè Ioan. Ronchegall. in l. eandem, in prin. num. 136. ff. de duob. reis. & Iul. Clar. in §. emphyteusis, q. 36. vers. sed quando.

Secundus est casus, quando feudum est novum, nèpe concessum duobus fratribus. Hoc sanè in casu pro regu. 22. la traditum est, locum non esse iuri accrescendi, & ob

id decedente vno ex ipsi fratribus sine filijs, eius portio non accrescit superstitis portio, sed ad feudi dominum reuertitur. Ita Bal. Aluar. Salic. Curt. Iun. Iul. Clar. Zaf. Sansb. Kius, Alcia. & Crau. quos commemoravi, & secutus sum in consil. 464. nu. 10. & his accedit Thomas Marin. in tract. feud. tit. 12. de feud. frater, nu. 1. & n. 9. Et quidem recepta hæc sententia probatur. text. c. 1. §. sin autem, de ijs qui feud. da. poss. c. vnic. in prin. de fratrib. de nouo benef. inuest. & de mun. c. 1. de succ. feud. quæ quidem iura perpendi in d. consil. 464. n. 4. & 5. 6. & 7. & ibid. nu. 8. rationem quoque retuli. Et quod de feudo dictum est, idem est dicendum de emphyteusi concessa duob. fratribus. Nam & in hac decedente vno eorum, alteri non accrescit mortui portio, sicuti tradunt Bar. in l. si mihi, & Titio, nu. 4. de verb. oblig. Anch. in consil. 245. Ale. in d. l. si mihi, & Titio, col. 4. & ibidem Iaf. n. 0. Crot. in l. re coniuncti, n. 140. de leg. 3. qui dixit esse opinionem ab omnib. receptam. Rui. in consil. 169. col. 1. lib. 1. Dec. in consil. 263. nu. 2. & in consil. 16. nu. 1. Alc. in l. si mihi, & Titio, n. 31. de verb. oblig. Ronchega. in l. eandem, in prin. n. 31. ff. de duob. reis, & Iul. Clar. in §. emphyte. quæst. 39.

Declaratur primò hic casus, ut locum non habeat in feudo concesso à summo Pontifice, vel Imperatore, vel alio principe non cognoscente præsuperiorem. Nam tunc locus est iuri accrescendi, ut affirmant Bald. Comen. Cast. Rom. Arct. Alex. Barba. Gratus, Soc. iun. Iul. Clar. qui testatur hanc esse veriorum, & magis receptam opinionem, & Crau. quos concessi in consil. 464. nu. 1. lib. 5. & his accedunt Iaf. in consil. 117. col. 6. vers. & tenendo quod lib. 4. Iacobinus in inuestitura feudali, in verbo, princeps, nu. 16. Ruin. consil. 108. num. 22. lib. 2. Tiraq. in tract. de nobilitate, c. vlt. nu. 54. & Alc. in l. si mihi, & Titio, nu. 20. de verb. oblig. & in fi. Et ij quidem omnes moti sunt text. l. vnic. c. si loc. in perial. liberal. lib. 10.

Ceterum à prædictis dissentiunt Cyn. Salic. Ifern. Aluarot. Laudenf. Curt. Iun. Moder. Paris. & Alc. quos commemoravi, & visus sum sequi in consil. 400. nu. 70. lib. 4. & in consil. 464. nu. 14. lib. 5. & prædictis accedunt Iaf. lib. parum constans in l. si mihi, & Titio, num. 7. de verb. oblig. Ripa in l. re coniuncti, nu. 158. vers. contrariam opinionem, & num. 159. de leg. 3. Hac tamen declaratio intelligitur, ut vno verbo iam attingi, quando concessio feudi facta fuit à principe non cognoscente superiori, secus si à principe inferiore. Ita Curt. iun. Soci. iun. & Iol. Clar. quos retuli in d. consil. 464. num. 15. & docuit Ripa præcitato in loco. Et præterea intelligitur hæc declaratio habere locum, quando Princeps ipse notu. 25. f. proprio concessit feudum, secus si petentibus ipsi valalli inuestitis, ut scribunt Accur. Bal. & Cur. iun. quos retuli in d. consil. 464. num. 16. & his accedit Ripa in d. l. re coniuncti, nu. 160.

Declaratur secundò, ut locum non habeat hic casus, quò feudum fuit concessum duob. fratribus in solidum, & si dictum est: Caio, & Scio, & cuiuslibet eorum, vel si alijs similibus verbis facta fuit concessio. Nam tunc locus est iuri accrescendi. Ita Bald. Aluar. Alex. Loffred. Bellonus, & Parisius, quos commemoravi in d. consil. 464. nu. 2. vers. 3. vrgere. lib. 5. vbi nu. 17. vers. non obstat tertium declaravi. Et prædictis accedunt Iaf. in l. si mihi, & Titio, n. 10. vers. ampliam istam fallentiam. de verb. oblig. 21. si in Epit. feudorum, parte 8. nu. 17. Rip. in l. re coniuncti, nu. 164. de leg. 3. Soc. iun. in consil. 70. nu. 1. lib. 1. Tho. Marinus in tractat. feudo. in tit. 12. de feudo frater, n. 16. & Iul. Clar. in §. feudum. q. 77. ver. quia tamen qd. & idem est in emphyteusi concessa duobus fratribus in solidum, ut in ea sit locus iuri accrescendi. Ita sanè affirmant Bald. in l. vnica. C. quò non petè. partes. & in ca. 1. §. filia. de succ. feudi. Anch. in consil. 246. Duo dubia. Crot. in l. re coniuncti, nu. 143. de leg. 3. Alex. in l. si mihi, & Titio, col.

col. 1. vers. & quid si dicatur. de verb. oblig. & in consil. 30. num. 5. lib. 1. Corneus in consil. 163. lib. 2. Soc. sen. in consil. 50. lib. 1. Curtius sen. in consil. 49. Decius consil. 108. col. pen. Cætelianus Cotta in memorabilibus, in verbo, emphyteusis concessa, & Ronchegallus in l. eadem. in princ. num. 131. vers. vbi vero sit fact. ff. de duob. reis, qui post Ripam in l. re coniuncti, num. 164. de leg. 3. de clarat. procedere, quò ipsa distributiva est posita quo

ad ipsos inuestitos, secus si quo ad eorū filios, ut si ita dictum sit, in feudum Titium, & Sempronium, & cuiuslibet eorum filios. Nam tunc non erit locus iuri accrescendi, vel decrescendi, quia distributiva respicit filios, non autè parentes. Ita respondit Anch. in d. consil. 245. Duo dubia, quem secuti sunt Alex. in consil. 13. libr. 5. Soc. sen. in consil. 66. n. 28. lib. 3. Curt. iun. in tract. feudor. in 3. partic. secundæ par. princ. nu. 79. & in consil. 55. col. vlt. & ego ipse in consil. 464. n. 18. vers. non obstat tertiu. Et his accedunt Ruin. in consil. 12. num. 4. lib. 2. & ibidè nu. 5. declarat Ripa in d. l. re coniuncti, nu. 165. de leg. 3. & Ronchegallus in d. l. eandem in prin. nu. 131. vers. vbi vero sit. ff. de duob. reis. Et hæc quidem recepta est opinio, & si Alc. in respon. 187. Adeo subtiliter. n. 1. ver. præterea mihi videtur, & c. dixit traditionem hanc periculosa esse, & ratione carere, & rursus censuit Alciatus prædicto in loco nu. 1. Anch. loqui quando concessio facta ita fuit, vobis & cuiuslibet filijs: diuersum vero est, quando sic dictum fuit, vobis, & cuiuslibet vestrum hæredibus. Nam cum hoc casu frater superstes possit esse hæres fratris præmortui, locus est iuri accrescendi, imò superstes ipse dicitur clarè vocatus ex ipsa inuestitura. Quo autem modo frater ipse superstes debeat esse hæres fratris, vel actus, vel potentia, scripsi in d. consil. 464. col. penult. vers. non obstat, quod in motiuis, & manifestis declarant Ruinus in consil. 144. n. 8. lib. 1. Alc. in l. si mihi & Titio, n. 19. de verb. oblig. Olasc. in decis. 26. num. 10. & Zanchus in l. hæres mei. §. cum ita. in quarta parte. n. 452. & n. 455. ff. ad Trebell.

Declaratur tertio, ut locum non habeat, quando feudum fuit à fratribus præ ipsi pecunia communi, vel communi feruitio præstito domino acquisitum. Nam tunc locus esse iuri accrescendi, probat text. cap. 1. de beneficio fratris, & tradit Baldus, Ifern. Aluarotus, Socinus iun. Marin. & Boer. quos recensui in d. consil. 464. num. 3. & ibidem nu. 17. vers. non obstat quartum. dixi ex sententia Baldi, Præpositi, Zafii, Sonsb. Kij, & Marini, intelligi quando fratres, qui communi pecunia, vel communi feruitio præstito domino, vna simul in communi omnium honorum vinebant. Et subiungit Marinus nu. 14. idem esse, quando frater sciète domino emit feudum etiam sine pecunia, suo tamen, & fratris nomine, & idem respondit Ruin. in consil. 12. n. 8. lib. 1.

Declaratur quarto, ut non procedat, quando feudum esset indiuisibile. Nam & tunc locus est iuri accrescendi, ut scilicet frater admittatur ad portionem fratris præmortui. Ita gl. in ca. 1. de fratribus de nouo benef. inuest. & ibidem Ifern. Laudenf. Aluarotus, & Præpositus, Idem scripserunt Crot. in d. l. re coniuncti, nu. 145. de leg. 3. & ibidem Ripa n. 167. Ruinus in consil. 108. nu. 22. lib. 2. Zafius in Epitome feudorum in octava part. n. 12. Parisius in consil. 6. n. 7. lib. 1. Thomas Marinus in tractatu feudorum, tit. 21. de feudo frater, n. 15. qui post alios declarat, nisi dominus concessisset feudū magis contemplatione vnius, quam alterius, quia tunc mortuo eo, cuius contemplatione facta esset concessio, feudum reuertetur ad dominum, qui tamen tenebitur prestare fratri superstiti estimationem illius suæ portionis. Et idem, quod Marinus, docuit Ripa in d. l. re coniuncti, nu. mer. 168.

Declaratur quinto, ut locum non habeat, quò feudum fuisse concessum duobus fratribus, ita quòd post

31 eorum mortem reuertetur ad dominum. Hoc sanè casu locum esse iuri accrescendi in specie responderunt Abbas in consil. 103. lib. 2. Alex. in consil. 30. num. 7. lib. 1. & Iaf. in consil. 117. col. 1. vers. quarto principaliter. lib. 4. & idem in l. si mihi & Titio, nu. 11. vers. similiter si emphyteusis. de verborum oblig. Ripa in l. re coniuncti nu. 163. de leg. 3.

Idem dicimus de emphyteusi concessa duobus fratribus adiectis his verbis, quòd post eorum mortem reuertatur ad dominum, sicuti tradunt Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua, vers. 59. & sequen. Castren. in consil. 158. Vifo pacto. col. 2. lib. 1. Salicetus in l. 2. que stio. 2. C. de iure emphyteu. Romanus in consil. 19. Alex. in l. si mihi, & Titio, num. 9. de verb. obliga. Crotus in l. re coniuncti, n. 141. vers. secundo fallit. de legat. tertio. Ruinus in consil. 169. in secundo casu, lib. 1. Alciatus in l. si mihi & Titio, nu. 20. & 23. vers. cul. illud quoque. de verborum obligat. Ronchegallus in l. eandem in princ. num. 133. ff. de duobus reis. & Hieronymus Gabriel. in consil. 88. nu. 6. lib. 1. & copiosius in consil. 66. nu. 3. 9. & 11. lib. 2.

Sicetiam quando fuit dictum. Quandiu aliqui ex dicta generatione. & c. vel ita simpliciter, liberis & generationi, sicuti tradit Alciatus in l. si mihi & Titio, numero 23. de verborum obligat. Prædictis enim verbis significauit concedens velle rem prius peruenire debere ad eos omnes, quibus facta fuit concessio, & postremo ad ipsum concedentem, argum. l. penult. C. de impuber. & alijs substitut. & l. qui duos, & l. si pater impubes. ff. de vulg. & pupill. substitut. Et hoc præsertim locum habet, quando dictum fuit, quòd eo tempore tota res ad dominum reuertetur, ut respondit Hieron. Gabriel. in d. consil. 66. nu. 7. lib. 2.

Declaratur sexto, ut non habeat locum casus iste, quòdo in inuestitura fuisse dictum, quòd feudum perueniret de vno in alterum. Nam & tunc locus est iuri accrescendi, vel verius iure successions, frater superstes admittitur ad portionem vacantem. Ita post Baldum, & Lafonem declarat Ripa in l. re coniuncti, n. 166. de leg. 3. sic & Alciatus in l. si mihi & Titio, n. 20. vers. illud quoque. quoque. de verb. oblig.

Declaratur septimo, ut non procedat, quando concessio facta fuit præ duobus iam finita linea vique ad quæ fuerat facta prima concessio. Hoc sanè casu locus est iuri accrescendi, siue de feudo, siue de emphyteusi loquamur. De feudo Ruinus in consil. 5. num. 3. & 4. lib. 1. & Alciatus in l. si mihi & Titio, num. 20. in fine de verbo cum obligatio. de emphyteusi sic tradunt Barro. in l. si mihi & Titio, numer. 4. de verborum obligat. & in consil. 25. In casu proposita quæst. lib. 1. Crotus in leg. re coniuncti, numer. 143. vers. quinto fallit. de legat. tertio. & ea ratione iij vti sunt, quòd hæc emphyteusis, et si nouè concessa est: attamen retinet naturam illam antiquam, quæ ius accrescendi admittit, argum. l. penultim. §. vxor. ff. solut. matrimonio. sic & in feudo inuestitum. §. vxor. ff. solut. matrimonio. sic & in feudo inuestitum, illud retinere præ naturam antiquam, si post commissam feloniam nouè concedatur, ita quòd in eo succedere possunt transfuersales, qui alioqui in feudo nouo (ut diximus supra) non succedunt, sicuti scribunt Bart. in l. quòd dicitur. de verbor. obligationibus, & Baldus in l. 1. quæstio. 15. ff. de rerum diuis.

Ceterum declaratio hæc cessat, quando emphyteusis post caducitatem fuit de nouo concessa, adiecta noua qualitate. Nam tunc dicitur emphyteusis noua, & in qua transfuersales nõ admittuntur, ut tradunt Baldus in l. 1. col. 4. ff. de rerum diuiso. in cap. 1. an agnatus, vel filius, & c. imperialem. §. in super. de prohib. feudi alienati. Ang. in l. ius ciuile. ff. de iust. & iure. & Crot. in l. re coniuncti, nu. 144. vers. sequendo tamen. de leg. 3. Ita etiam de feudo respondit Oldr. in consil. 178. factum tale est. Tomus Primus. Ec 3 Quidam